

animal est qvodammodo idem cum homine, qvum aliás de eo affirmari non possit, sed etiam ex parte ab eā diversum, qvia comprehendit sub se brutum, qvod homo sub se non comprehendit.

### *Canon Sophisticus.*

Necessē est, ut ea, qvæ Accidentibus conveniunt, rebus subjectis attribuantur.

### *Solutio.*

Solutio aliás fit *distinctione*, sed *commodissimè adjectione*, vocum *per se* & *per Accidens*. ut: *Qvod iram per se operatur, id malum est: At lex per se iram non operatur, sed tantum per Accidens*, qvatenus monstrat peccatum, & ostendit hominem propterea esse reum divinæ iræ.

### *CAPUT VIII.*

**S**Eqvitur fallacia à non causa ut causa. Estq;, qvum medium sumitur, qvod videtur causa esse conclusionis, & tamen non est. ut: *Deus permittit hominem peccare. E. est causa peccati. Hic dicit notes*